



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Lectio sexta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

alicuius episcopalis vel superioris ecclesiastice curie munito tanquam prefatis si originales exhiberentur litteris: et inde steretur ac si originales sic foret exhibite: vel ostense. Datum Rome apud sanctum petrum ab anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo kalendas Junij Pontificatus nostri Anno tertio. **Omnia ista octavas sacramenti protulit sicur in die festo. Sed in vespertis non dicitur R. et p. p. m. b. n. a. n. a.** Loquere domine quod audit seruus tuus. **Ps. Vespertina oratio. Collecta Deus in te sperantium non pla. Le. 1.**

**H**uius sacramenti figura precessit quando manna pluit deus patribus in deserto qui quotidiano celi pascebantur alimento. Unde dicitur etrum est panem angelorum manducauit homo. Sed tamen panem illum qui manducauerit omnes in deserto mortui sunt: ista autem esca quam accipitis iste panis viuus qui de celo descendit vite eterne substantiam ministrat. Et quicumque hunc panem manducauerit non morietur in eternum quia corpus christi est. **Le. 11.**

**C**onsidera utrum nunc presentior sit panis angelorum: an caro christi que utique est corpus vite. **Manna illud de celo hoc**

super celum. Illud celi hoc dominus celorum. Illud corruptioni obnoxium si in die alterum seruetur hoc alienum ab omni corruptione. Quicumque religiose gustauerit corruptionem sentire non poterit. **Tu. Lectio.**

**I**llis aqua de petra fluxit tibi sanguis ex christo. Illos ad horam satiauit aqua te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit tu cum biberis sitire non poteris: et illud in ymbra hoc in veritate. **Tu aut. Lectio.**

**S**i illud quod miraris ymbra est quantum est istud cuius ymbra miraris. Audi quia ymbra est que apud presens facta est. Bibebant inquit de spiritali consequente eos petra: petra autem erat christus. Sed non in pluribus complacitum est deo. nam prostrati sunt in deserto. Hec autem facta sunt in figura nostri. **Tu aut. Lectio. v.**

**C**ognouisti potiora. Potior est enim lux quam ymbra: veritas quam figura: corpus auctoris quam manna de celo. Forte dicis aliquid video. Quomodo tu mihi afferis quod corpus christi accipias? **Et hoc nobis superest quod probemus. Tu aut. Lectio sexta.**

**Q**uantis igitur utimur exemplis ut probemus hoc non esse quod natura formauit sed quod benedictio consecrauit. **Manoremque vim esse benedictionis**  
do iij



quod nature quia benedictio etiam ipsa natura mutatur. In virga tenebat moyses plecit eam et facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis: et in virga naturam reuertit. Glides ergo prophetica gratia bis mutatam naturam esse et serpentis et virge. Tu autem domine.  
**Cetera ut in die sancto. In octava eucharistie oratione in festo principali excepto. R. in primis quod pretermittit. In ecclesia. Maguntina dicit. R. Non quod.**  
**P**anis in altari. **lectio. I.** vsitatus ante verba sacramentorum ubi accessit consideratio de pane fit caro christi. Quo autem potest quod panis est esse corpus christi. Consecratio autem ex quibus et cuius sermonibus est domini iesu. Nam per reliqua omnia que dicuntur laus deo offertur. Tu autem. **lectio secunda.**  
**O**rationes premitur pro populo pro regibus et pro ceteris. Ubi autem sacramentum conficitur iam non suis sermonibus sacerdos sed videtur sermonibus christi. Ergo sermo christi hoc conficit sacramentum. Tu. **lectio. iii.**  
**Q**uis sermo christi. Hic nepe quod sancta sunt omnia celum terra mare. Glides ergo quod operatorius sit sermo christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini nostri iesu christi ut inciperet esse quod non erat quanto magis operatorius est ut sint que erant: et in aliud conuertantur. Tu autem.  
**E**t sic quod erat panis. **lectio. iii.** nis ante consecrationem: ita corpus christi post consecrationem est: quod sermo christi creaturam mutat: et sic ex pane corpus fit christi. Et vinum cum aqua in calice mixtum fit sanguis consecratione verbi celestis. Tu.  
**S**ed forte dicitis. **lectio quinta.** Speciem sanguinis non video sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem accepisti: ita etiam christi similitudinem sanguinis bibis: ut nullus horroz cruoris sit et precium tam redemptoris operis. Tu autem domine. **lectio sexta.**  
**O**fficium autem sacrificium ecclesie duobus sacro et re sacri id est corpore christi. Caro eius est quam forma panis operata in sacramento accipimus: et sanguis eius quem sub vini specie et sapore potamus. Tu autem. **Cetera sicut in die sancto. Fe. vi. p. octava.** corporis christi si non occurrit commemoratio alie sancti legit euangelium dominicale: si infra octavam non est lectum. Si vero infra octavam est lectum quod fieri potest quauis uenientibus huc differat si festa sanctorum non impediunt tunc legitur li. regum cum cantu dicitur. Deus omnium. ut infra. La. et col. de dominica preterita. Sup. hinc et Mag. an. de euangelio. Cetera omnia de feria